

## **Sanctus s tropem „Deus Pater iudex“**

### **Sanctus**

*Deus Pater iudex iusticie  
nos illustra celitus hodie.  
Deus homo, sed sine carie,  
nostre purga fecem miserie*

### **Sanctus**

*Fortis, a quo procedunt omnia,  
nobis confer optata gaudia.  
Ut cum sanctis tuis in gloria  
nos celesti collocet curia.*

### **Sanctus**

*Immortalis est cuius dextera,  
cui mare, tellus et ethera.  
Parent sedem sedenti supera,  
laxa, quibus gravamur, onera.*

**Dominus Deus sabaoth,  
pleni sunt celi et terra gloria tua.  
Osanna in exelsis.  
Benedictus, qui venit in nomine Domini.  
Osanna in exelsis.**

**CD: Codex Franus, č.**